GENEA
LUCIA

M.

J'ai vu un Exemplaire du même Ouvrage imprimé avec les gravures, dans la Bibliotheque de Mr le Comte Marcolini ici a Fano dans son Palais Piazza della Ragione - Ce 3 Mai 1824.

AL

M. 1

Liber Geneologię Iesu Christi, incipiens ab Adam primo parente, discurrens per omnes ętates Mundi in linea Pontificia et Regali, usq; ad mortem Christi. ~.

In Quo.

Delineati sunt cęli, demonstrantes Hierusalem esse in medio Orbis terrarum, ut prophetia adimpleretur, quę dicit, operatus est salutem in medio terrę. ~.

Videntur etiam mansiones Hebręorum, tam in Ægypto, quam in deserto; et figura eorum exercitus positi (dum irent in terram promissionis) iussu Diuino, in duodecim tribus Isdrael, iuxta quam figuram, et templum Salomonis in Hierusalem ędificatũ fuit. Item uideri potest restauratio ipsius Hierusalem ab Esdra, et Neemia, post eius desolationem à Dario, et Cyro. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~.

Explanatio biblię aureę, et nucleus ueteris testamenti.

In prima ętate narratur.

De Adam. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. c.te
De Caim. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. c.te
De pęna Caim. ~. ~. ~. ~. ~. ~. c.te
De Abel, et eius successione. ~. ~ c.te
De quibus Decimę, et primitię habeant originem. ~. ~. ~. ~. ~. ~. c.te
De interprętatione nominis Abel. c.te
Qualiter Lamech occidit Caim. c.te
De Ortu Seth. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. c.te
De translatione Enoch, et inuentione literarum, et quando translatus. c.te
De non mirando de longinquitate antiquorum. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te
Quot annos durauerit prima ętas. c.te

In Secunda ętate describitur.

De Noe. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. c.te
De ortu Regnorum post diluuium. c.te
À Quo exorta sit nobilitas Mundi. c.te
De ortu Idolorum. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te
De actibus Semiramis post obitum eius Viri. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. c.te
De Melchisedech, et eius fine, et libertate Primogenitorum. ~. ~. ~. ~. ~ c.te
De Conditore Salem, hoc est Hierusalem. c.te

À Quo

À Quo Hebręi habeant originem. ~. ~ c.te
Quibus temporibus facta sit diuisio linguarum. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. c.te
De altitudine turris Babel. ~. ~. ~ c.te
De adoratione ignis à Caldeis et Idolo Conopolorum. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te
De extinctione Aram, filij Thare fratre uero Abram, et Nachor, eo quod non uoluit adorare ignem Caldeorum. ~. c.te
Quod de tribus filijs Noe, omnes homines habeant ortum, et quod Iaphet cum generatione sua tenuerit Europam, et ab eo Milites descenderunt. ~. ~. ~. ~ c.te
De filijs Cham, serui generantur, et tenuerunt Aphricam. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te
De filijs Sem liberi exoriuntur, et tenuerunt Asiam. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te
De ędificatione turris babel. ~. ~. ~. c.te
De ętate patrum antiquorum, qui fuerunt, de generatione Sem. ~. ~. ~. c.te
Quot annos durauerit secunda ętas. ~ c.te

In tertia ętate.

In Abraham incępit ista ętas, necnon et circuncisio. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De peregrinatione Abrahę in Caram, et promissione filij Dei ex eius semine esse nasciturum. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De Isaach filio Abraham legitimo ~. ~. c.te

De Ismahel filio Abraham illegitimo. ~ c.te

De Gog, et Magog. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De euasione Loth à Sodomis. ~. ~ c.te

De filijs, et progenie Nachor. ~. ~. ~ c.te

De Iob, ortu, uita, et obitu. ~. ~. ~ c.te

De Balaam propheta gentili. ~. ~. c.te

De secunda uxore Abrahę. ~. ~. ~. c.te

De Patriarcha Iacob, cum filijs suis per ordinem, et gestis eorum. ~. ~. c.te

De reiteratione Iacob. ~. ~. ~. ~. c.te

De liberatione Tamar, à pęna adulterorum per arrobonem Iudę, annuli scilicet, ac baculi, et armillę eius. ~. ~ c.te

Qualiter Dominus attriuit Ægyptum, cum decem plagis exire permitterent filios Isdrael de terra Ægypti, et quod, ultima omnium fuit de morte primogenitorum. ~. ~. ~. c.te

De exitu Isdrael de Ægypto. ~. ~. ~ c.te

De deserto Ægypti. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De ducatu Columnę, et mari rubro. ~. c.te

De gestis Moysi. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De Aaron fratre Moysi. ~. ~. ~. ~. c.te

De uirga Aaron, quę nocte una, fronduit, floruit, et peperit nuces. ~. ~. c.te

De lepra Marię sorore Moysi et Aaron, et causa leprę. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De duodecim exploratoribus missis à Moyse in terram promissionis, et precipuè de eis, qui asportauerunt botrum uuę. ~. ~. c.te

De Zelo Finees filij Eleazari Sacerdotis. ~ c.te

De Iosue famulo, ac successore Moysis. ~ c.te

De Gedeone. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De Iepte, qui propriam filiam uoto imolauit. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De Sansone. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De Samuele

De Samuele Propheta. ~. ~. ~. ~. c.te

Quot annos tertia ętas durauerit. ~. ~ c.te

In Quarta ętate.

De triplici unctione Dauid à Samuele, in regem. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De nominibus Regum, qui post Salomonem regnarunt. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De Gog, et Magog ab Alexandro inclusas, ne totam terram contaminarent. c.te

De regno Salomonis post obitum Dauid patris sui, et de morte Adonię, Ioab, et Semei, ac abiectione Abiatar, à Sacerdotio. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De Somnio Salomonis. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De iudicio meretricum. ~. ~. ~. ~. c.te

De duodecim pręfectis Salomonis, et inuentione exorcismorum. ~. ~. ~. ~ c.te

De operarijs templi. ~. ~. ~. ~. ~. c.te

De ędificatione templi. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De longitudine, latitudine, altitudine, et profunditate templi. ~. ~. ~. ~. c.te

De uasis altaris. ~. ~. ~. ~. ~. ~. c.te

De dedicatione templi. ~. ~. ~. ~. c.te

De domo Saltus. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De basilica, et domo Reginę. ~. ~. c.te

De oppidis datis yram Regi Tyrorum. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De operibus Salomonis, et morte eius. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De Roboan, et diuisione Regni Isdrael. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De Ieroboan, et addo, et uitulis ac alijs. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De obitu, et alijs in morte Ieroboan secutis. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De morte Roboan, et post eius obitum quę secuta sint in Regno Hierusalem. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ c.te

De diuisione

De diuisione Regni Isdrahelitici, in duas partes. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Regibus Iuda. Vij

Roboan.	Ioas.
Abia.	Amasias.
Asa.	Ozias.
Iosaphat.	Ioathan.
Ioram	Achas.
Ochozias	Ezechias.
Athalia uxor Ioran.	

De Regibus Isdrael. Vij

Ieroboan.	Ioas.
Nadab.	Ieroboam.
Baasa.	Zacharias.
Hela.	Sellum.
Zamri.	Manahem.
Ahab.	Faceia.
Ochozias filius Achab.	Facee.
Ioram.	Oseę.
Iehu.	Thobias.
Iochas.	

De Isaia Propheta. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Manasse filio Ezechię qui Isaiam serra lignea per medium secuit. ~. &c.

De Amon, filio Manasse, interfecto, à seruis. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Iosia, qui ad pręliandum exiuit cum Faraonecho, et sagittis interfectus. &c.

De Eliachim. ~. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Ioachim, qui, et Ieconias. ~. ~. &c.

De Sedechia, qui et Mathanias dictus. &c.

Quot annos quarta ętas duraverit. ~ &c.

In Quinta ętate.

De morte Sedechię. ~. ~. ~. ~ &c.

De regibus Babylonię et Chaldeoꝝ. &c.

Berodach. Baladan.
Nabuchodonosor.

Daniel Propheta. ~. ~. ~. ~. &c.

Nabucodonosor minor. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

Malthazar ultimo Rege Babylonis, filius Euildemerodach. ~. ~. ~. ~. &c.

De Cyrro, nepote Astyagis ex filia, et nepos Darij ex sorore. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Cambyse, qui Nabucodonosor et Artaxerses, uel Assuerus, uocatus fuit. ~ &c.

De Hermeyde uno è septem sapientibus, qui Persarum Regnum obtinuit. ~. &c.

De Dario filio Itaspis, uno de septem sapientibus. Persarum Rex. ~. ~. ~ &c.

De Xerse filio Darij. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Artaxerse longimano, qui Persarum regnum post Artabanum adeptus est. &c.

De Assuero, qui, et Artaxerse. ~. ~. ~. &c.

De Artaxerse, qui, et Ocho. ~. ~. ~. ~ &c.

De Dario ultimo Persarum Rege. ~. ~ &c.

De regno Grecorum.

De Alexandro Magno. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Tolomeo Sothero filio Lagi. ~. ~. ~. ~ &c.

De Tolomeo Filadelpho. ~. ~. ~. ~. ~. &c.

De Regibus Syrię et Babylonię.

De Seleuco Nicanore. ~. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Antiocho Theo. ~. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Seleuco. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. &c.

De Antiocho Epifane. ~. ~. ~. ~. ~. ~. &c.

De Antiocho Eupatore. ~. ~. ~. ~. ~. &c.

De Demetrio Sothero. ~. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Alexandro filio Epiphanis. ~. ~. ~ &c.

De Demetrio. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Antiocho filio Alexandri. ~. ~. ~. &c.

De Trifone. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Antiocho Pontico. ~. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

De Machabeis.

Mathathias.	Iudas.
Ioannes.	Eleazarus.
Ionathas.	Symon.
Ioannes Hircanus.	Aristobolus.
Alexander.	Alexandra.

Hircanus. Antigonus.
Alexander. ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ c:te
De fine Regni Iudeorum. ~ . ~ . ~ . c:te
De Generatione Herodis. ~ . ~ . ~ . ~ c:te

In Sexta Etate continẽtur
Vita, Miracula, passio, resurrectio, et ascensio Ieu Christi, cum figuris ueteris testamenti, et adimpletione prophetarum, maximo studio figurata.

1mo: De Annunciatione Beatę Marię, cum figuris de Eua cum Serpente, et Gedeone pluuiam postulante. ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ c:te

2. De Natiuitate Domini, cum figuris de Moyse uidente rubum incombustum, et de Virga Aaron quę una nocte frondit, et floruit. ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . c:te

3. De adoratione Regum, cum figuris de Abner Principe Militię Saul ad Dauidem reducentem populum Israel, et de Regina Saba Salomonem adorante. c:te

4. De presentatione in templo, cum figuris mulierum primogenitos presentantium, et de Anna, quę Samuelem eius filium Hely Sacerdoti obtulit. ~ . ~ . ~ . ~ . ~ c:te

5. De fuga in Ægyptum, cum figuris de Isaach cum Jacob et Esau, et de militibus Saul, qui Dauidem emissum per fenestram, interficiendum quęrebant. ~ . ~ . ~ . c:te

6. De Idolis Ægypti cęsis, cum figuris de ~~Isaach~~ Moyse uitulum deuastante, et arca Domini in Filistijm idola euertente. ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ c:te

7. De morte Innocentium, cum figuris de occisione Sacerdotum Domini iussu Saulis, et de . . . . Regina uidente filium suum mortuum, omnes filios Regis occidere faciente. ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ c:te

8. De reditu Christi ab Ægypto in Hierusalẽ, cum figuris, de Dauide, defuncto Saule patriam remeante, et de reuersione Jacob ab Ægypto. ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . c:te

9. De baptisma Christi in Jordane, cum figuris de Faraone demerso in mari rubro, et de duobus nunciis botrum uuę è terra promissionis portantibus. ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ c:te

10. De tentatione in deserto, cum figuris de Esau, et Jacob qui per decoctionẽ parum lentis primogenituram uendidit, et de Adamo, et Eua pomum uetitum degustante. ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . c:te

11. De suscitatione Lazari, cum figuris de Helia puerum mortuum suscitante, et de Heliseo se super puerum Viduę mortuum, prostrante. ~ . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ c:te

12. De transfiguratione Christi, cum figuris de Abraham tres angelos uidente, et unum adorante, et de tribus pueris in fornacem ignis deambulantibus, cum quibus Nabuchodonosor uidit quartum similem filio Dei. ~ c:te

13. De Maria Magdalena pedes Christi ungente, cum figuris de Natan Prophetа misso ad Dauidem, ut eum corriperet, et de sorore Moysi propter peccatum facta leprosa. ~ c:te

14. De Christo in die palmarum Hierusalem intrante, cum figuris de Dauide, cui occurrerunt mulieres cum timpanis post percussionem Golię, et de Heliseo, in Ciuitatem reuertente, et pueris occurrentibus. c:te

15. De eiectione uendentium è templo, cum figuris de Dario precipiente Esdrę Scribę, ut in Hierusalem templum mundaret, et de Juda Maccabeo, iudeis precipiente, ut de illicitis templum mundarent. ~ . ~ . ~ . ~ c:te

16. De Juda proditore, cum figuris de fratribus Joseph nuncium mittentibus ad patrem, quod fera pessima deuorauit eum, et de Absalon qui conspirauit contra Dauid. ~ . c:te

17. De Juda accipiente triginta argenteos, cum figuris de Ismaelitis ementibus Josephum à fratribus, siro 30, argenteis, et de Ismaelitis ipsis, qui Josephum uendiderunt principi militię Regis. ~. ~. ~ &c.

18. De cęna Domini, cum figuris de Melchisedech obtulente panem, et uinum, et de manna cęlesti, in deserto hebręos saciante. ~. ~ ~ &c.

19. De lauatione pedum discipulis, cum figuris de Michea Prophęta, à prophętis cęso, et de Heliseo, à populo non credente oppresso. ~. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

20. De captione in horto, cum figuris de uirginibus fatuis oleum non habentibus, in lampadibus suis, et de serpente antiquo à Deo de sede repulso. ~. ~ &c.

21. De osculo Judę, cum figuris de Joab nefande perempto, et de Triphone fidem cum fraude prędante. ~. ~. &c.

22. De lauatione manuum Pilati, cum figuris de Regina . . . . . impię damnante. . . . . et de Daniele crudeliter in lacum Leonum depresso. ~. ~. ~ &c.

23. De coronatione spinea, cum figuris de Noe dormiente, et Cham uerenda patris uidente; et de pueris Heliseum deridentibus, mortuis cecidentibus. ~ &c.

24. De portatione Crucis, cum figuris de Isaach ligna portante; et de uidua duo ligna colligante. ~. ~. ~. ~ &c.

25. De crucifixione, cum figuris de Abrahą filium imolante, et de Moyse cum serpentis ęnei uisione, lęsos curante. ~. ~ &c.

26. De aperitione latus Christi. cum figuris de creatione Euę ex costa Adę, et de petra, à Moyse Prophęta percussa aquą profluente. ~. ~. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

27. De

27. De sepultura Christi, cum figuris de Joseph à fratribus in cisternam misso, et de Jona à pisce deglutito. ~. ~ &c.

28. De descensione ad inferos, cum figuris de Dauide Goliam conterrente, et de Sansone os Leonis destruente. ~. ~ &c.

29. De Ressurrectione xpi, cum figuris de Sansone portas urbis portante, et de Jona super littus reposito. ~. ~. ~ &c.

30. De reuolutione lapidis ab ostio monumenti: cum figuris de Ruben timente fuerum esse necatum, et de sponsa, sponsum quęrente. ~. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

31. De Apparitione Christi Magdalenę, cum figuris de Rege Danielem uiuum uidente, et de sponso à sponsa inuento. &c.

32. De apparitione Christi discipulis, cum figuris de Joseph fratres suos in Ægyptu blandiente, et de Josepho à patre amplexato, et deosculato. ~. ~. ~. ~. ~. ~. &c.

33. De apparitione Christi Thomę, cum figuris de Angelo Gedeone adhortante, et de Jacob cum Angelo luctante. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

34. De Ascensione Domini, cum figuris de translatione Enoch, et de Elia in curru ignito, in cęlum sublato. ~. ~. ~. ~ &c.

35. De Pentecostes. cum figuris de Moyse in monte Sina legem accipiente, et de flamma cęlesti uitulum comburrente. &c.

36. De Assumptione Virginis Marię, cum figs. de Salomone matrem honorante, et de Assuero Hester uenerante. ~. ~. ~. &c.

37. De Judicio uniuersali. cum figuris de Salomone sententiante pueros meretricum, et de Dauide . . . . . iudicante. ~. ~. &c.

38. De pęna damnatorum; cum figuris, de uniuersali diluuio, et de Ciuitatibus Sodomę et Gommorrę ab igne cęlesti penitus consumptis. ~. ~. ~. ~. ~. ~ &c.

39. De consolatione iustorum, cum figuris de filijs Iob simul gaudentibus, et de angelo à Iacob viso scalam ascendente . ~ . ~ . ~ c^te.

40. De coronatione Iustorum, cum figuris, de sponsa gaudente, et de Christo Ecclesiam amplexante . ~ . ~ . ~ . ~ . ~ c^te.

39. De
fil
à
40. D

Generatio Christi.



Nota, quod in libro, uel in Euangelio Mathei exeunte legitur. Mathan autem genuit Iacob. Contrarium dicitur, Lucę 3º Vbi dicitur, quod Mathat genuit helij et Helij genuit Ioseph, & dictum quod Mathat et Mathan descenderunt à Dauid. Sed Mathat per Nathan, qui Nathan fuit filius adoptiuus, Mathan autem descendit per Salomonem, et isti duo Mathan, et Mathat habuerunt unam uxorem successiuè, quę est dicta Iesca, et ista à Mathan concepit Iacob, et à Mathat concepit eadem Iesca Helij ita quod Iacob, et Helij fuerunt fratres uterini, sed de duobus fratribus à Dauid diuersimodè descendentibus, Helij autem accepta uxore mortuus est sine semine, et ideo Iacob frater eius accepit uxorem fratris sui Helij, ut ei susciteret semen, et genuit Ioseph, ita quod Ioseph fuit filius naturalis ipsius Iacob, et sic accepit eum. Hic Mathęus in Euangº suo. Fuit autè filius Helij Ioseph legalis, et sic accepit eum Lucas, in genealogia Christi, ut patet in sibi figura.

Septem sunt in nouo, et in Veteri testamtis quorum natiuitas prænunciata fuit ꝙ

- Isaach, qui promissionem de multiplicatione seminis suscepit. Genesis. 4º
- Ismahel, ex cuius stirpe duodecim Duces processerunt. Genesis. 16.
- Sanson, qui Philisteos prostrauit. Iudicum. 13.
- Iosias qui Idolatras, et falsos Prophetas de terra extirpauit. 4to Reg: 22.
- Maria Virgo, quę Christum Dominum Virgo generauit. Lucę 1mo
- Iesus, qui populum suum saluauit. Lucę 1mo
- Ioannes qui Christum Dominum baptizauit. Ioannis 1mo

Volo loqui quinque uerba in Ecclesia Dei, 1a ad Corinthios cap: nono.

Quinque Verbis.

- Deus concipitur. Lucę 1º Fiat mihi secundum uerbum tuum.
- Corpus Christi conficitur. Ecclesia. Hoc est enim corpus meum.
- Peccator conuertitur. Lucę 18. Deus propitius esto mihi peccatori.
- Peccatum dimittitur. Mathei 9. Fili remittuntur tibi peccata tua.
- Paradisus aperitur. Lucę 23. Hodie mecum eris in paradiso.





Incipit Biblia aurea, et nucleus totius ueteris testamenti.

Considerans historie sacre plixitatem, nec non, et difficultatem, scolariumque quoque circa studium Sacre lectionis, et maxime illius qui in historie fundamento uersatur negligentium. Quorundam quoque ex inopia librorum impericie siue solacia querentium, uolentiumque qui in sarculo quodam memoriter tenere narrationes historiarum; Tentaui seriem Sanctorum patrum, à quibus per leuiticam, et Regalem tribum Christus originem habuit, cum eorum operibus in unum opusculum redigere. Quod, et fastidientibus plixitatem propter subiectam oculis formam animi sit oblectatio. Et à studioris facile possint pre oculis habita memorie commendari, et omnibus legentibus utilitas conferri; In quo quidem laborem non



facilem, imo negotium plenum uigiliarum, assumpsi, cum breuitate secundum datam formam ita studui, ut nihil de ueritate historie detruncarem. Sed ab Adam inchoans per Patriarchas, Iudices, Reges et Prophetas ac Sacerdotes eis contemporaneos usque ad Christum finem nostrum perduxi; Et intitulatur liber iste biblia aurea, et nucleus totius ueteris testamenti, et in ea omnis ueritas scripta est, per omnes generationes à tempore Adam, usque ad Christum finem nostrum. Amen.

Sciendum etiam breuiter, quod hoc presens exemplar merito ad premissum opus potest, ex eo quod ipse legislator Moyses, ante creationem hominis dicit, Dominum creasse celum, et terram, ut Genesis 1.mo hec uerba. In principio creauit Deus celum, et terram &. Post hoc sexta die creatus est homo, ut in eodem libro cap: 2.do Ideo presens materia, uel exemplar non incongrue potest sibi uendicare nomen machina mundialis, idest materialis, continens celum, et terram, quia interior circulus continet mundum, siue terram, puto maiora regi, siue maiores partes cum eorum plagis terre, qui alio nomine potest dici massa, seu massula mundi, eo quod figura illa sit parua, Sed alij circuli exteriores nigri continent celum cum suis speris Vidz: cuilibet intuenti quod esset satis congrue potest dici spera materialis. Ideo hoc exemplar ante posui operi premisso, quod non à creatione hominis, sed à creatione celi, et terre presens opusculum inchoatur. &.

Hic incipit prima Etas, in qua facta est mundi constitutio. Generatio prima.

Adam sexta die de limo terrę formatus in agro damasceno et in Paradisum unde quatuor flumina oriuntur translatus. Cum femina de costa dormientis facte, nomine Eua, sicut cęteris rebus imposito, de Christo et Ecclesia prophetasse, et eidem mulieri, de comedendo pomo acquieuisset pro disconuenientia nuditatis, factis perizomatibus, à Domino de Paradiso tollitur cherubim, et flammeo gladio ante paradisum post increpationem abiectus, de terra maledicta, in sudore uultus, panem acquisiuit. Vbi, secundum Honorium, 30 filios, et totidē filias absq; Chaim et Abel genuit, et post nongentos triginta annos in Hierusalem obijt, tempore Enoch filij Jared, in loco caluarie sepultus, aliquandiu requieuit. Demū translatus in Ebron in terrā redijt de qua fuerat procreatus.

Eua facta est de costa Adam dormientis in paradiso, postquam autem euigilauit Adam uocauit eam Virago, quia de uiro suo sumpta est. Hoc autem nomen Virago proprium illius mulieris tunc fuit, nunc autem est contrarium, et eius sincopatum est, uirgo, quandiu sunt in integritate uirginitatis suę, postquam uero fuerint fractę dicuntur mulieres. Similiter et hoc nomen Adam proprium fuit illi homini, nunc uero commune est. Adam enim sonat rubeus, uel rubea terra. Postea autem uocauit Adam nomen uxoris suę Eua, quod sonat uita, eo quod futura esset mater omnium uiuentium. Et nota, quod non liceret ei imposuisse illud nomen supra, sed hoc, post maledictiones forte, quia plangens hominis miseriam dixit eam Euam, alludens eiulatui paruulorū. Masculus enim recenter natus eiulando dicit. .A. Mulier uero. E. Versus. omnes dicent. E. uel .a. quot quot nascentur ex Eua. Et hoc nomen Eua durauit usq; ad salutationem Beatę Marię Virginis in qua dictum est ab Angelo Aue. Tot enim sunt ibi literę retrogradę.

1 Cayn — primo prosequitur generationem cayn, postea redibit ad generationem Adę.

3 Abel

5 Seth uixit annis 912.

2 Calmana — Soror Caym et uxor.

4 Debbora — Soror Seth et uxor.

Enoch primus fur, et latro.

yrat.

Mauiahel.

Matusahel.

uxores — Ada

Lamech — Iste Lamech fuit primus bigamus homicida, septuagies septies maledictus, corā caym.

Lamech — Sella

Iabel — pater pastorū habitantium in tentorijs.

Tubal — primus musicus, et scriptor.

Tubal Kaim. — primus faber super opera ęris et ferri.

Noema — Hęc inuenit artem uarię texturę.

Enos uixit annis 905

Caynan uixit annis 910.

Malaleel. uixit annis 895.

Iareth. uixit annis 962.

Iste Enoch translatus est in paradisum. — Enoch uixit annis 365.

Matusalem. uixit annis 969.

Lamech. uixit annis 1005

Legitur Adam habuisse 30 filios et totidem filias, pręter Caym et Abel. Abel autem fuit pastor ouium. Caym uero Agricola. Cum enim esset malignissimus ut consulet auaricię suę terram primus incoluit: et ut ait Josephus. Quia rapinis et uiolentijs opes congregans suos ad latrocinia inuitabat. Terminos terrę posuit primus Ciuitates murauit, et timens quos ledebat ob securitatem, suos in urbibus collegit. Interrogat Dnūs Caym non ignarus ut discat, sed ut Judex, ut puniat, usq; hodie cum iudei per scripturam eos interrogamus de Christo, Respondent se nescire quod dicimus. Mendax Caym, ignorantia Judeorum, est firma negatio. Essent uero Christi custodes, si corde crederent, et ore fatentur esse. Nota quod Adam augens in statu innocentię habuit scientiam omnium rerum naturalium, ut dicit Augustinus, et Alij doctores: Et imposuit omnibus rebus nomina, secundum naturas eorum, ut lux à luminando, et de alijs. Et est quod dicit. Omne enim quod uocauit Adam, animę uiuentis, ipsum est nomen eius et secundum naturas earum, Hęc Methodius. Creditur etiam Adam in spiritu docuisse filios, ut offerrent Domino decimas, et primitias. Dicit Methodius quod Adam, et Eua uirgines egressi sunt de Paradiso, et anno uitę Adę centesimo quintodecimo natus est ei Caym, et soror eius Calmana. Et si enim factus est Adam quasi, 30, annorum, tamen fuit unius diei, et anni, et post duorū annorum, trium &c. Post alios quindecim annos natus est ei Abel et soror eius Debbora.

Explicit prima etas quę secundum hebręos habet annos mille sexcentos et sex. Secundū uero 70 interpretes, duo millia ducenta quadraginta quatuor. Secundum Josephum autem à condictione primi hominis scilicet Adam, usq; ad diluuium, anni fuerunt duomillia sexcenti quinquaginta sex. Quod tempus, in

sacris libris conscriptum, multa integritate, signatum est, unà cum natiuitatibus insignium uirorum, qui tunc fuerunt, Similiter, et terminis. &c Hæc Iosephus.

Incipit secunda ętas, in qua facta est mundi per diluuium purgatio. ~ . ~ . ~ . ~ . ~ .

Patriarchę . ~ .

Noe uero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham, et Japhet, post multiplicationem hominum super terram, cępit etiam crescere eorū malitia uehementer nimis, in tantum, ut Deum peniteret fecisse hominem in terra, et decreto diluuio Noe inuenit gratiam coram Domino: Et pręcepit ei Dominus ut faceret archam, in qua saluaretur ipse cum suis; Et dedit Dominus ei modum fabricādi archam, uid*z*: qualitatē, et quantitatem, longitudinē, et latitudinem. Qua facta ipse Noe sexcentesimo anno uitę suę secundo mense, septimo decimo die eiusdem mensis intrauit cum septem animabus, ipse autē octauus erat, Vid*z* uxor sua, cum filijs tribus et uxoribus eorum, et cum cęteris à Domino ordinatis et dispositis. Anno autem reuoluto Vsexcentes.° p.^mo p.^mo mense, p.^ma die mensis eiusdem, imminutę sunt aquę super terrā, post autem emissionē corui et reuersionē columbę aperiens Noe tectum arcę aspexit uiditq; quod exsiccata esset superficies terrę mense 2.do uicesima et septima die eiusdē mensis arefacta est terra, sed in alio spacio &c.

Post uocationem autem Domini egressus est Noe de archa cum omnibus qui cum eo interuenerant, et accepit mandatum à Domino, ut crescerent, et multiplicarent super terram, Ipse Noe ędificauit altare Domino, et tollens de cunctis pecoribus, et uolucribus mundis, obtulit holocausta super altare. Odoratusq; est Dominus odorem suauitatis, et ait ad eum; Nequaquā ultra maledicam terrę propter homines. Postquam autem Dominus benedixit Noe, et filijs eius, dedit eis etiam potestatem dominandi super omnia animantia terrę, et concessionem carnis comedendę, cum sanguine tamen, cum hoc ante diluuium non fuisset in usu, quod esum carnium, Statuit etiam Dominus cum Noe, et cum omni semine eius post eum omni tēpore, pactum sempiternum, diluuium tale ulterius nunquam futurum, et ad formandum talia, ponit Dnus arcum suum in nubibus cęli quod dicitur signum fęderis. Post autem agriculturam terrę et plantationem uineę, Noe inebriatus est, et nudatus est coram filijs suis; Et post benedictionem Sem et Japhet, et maledictionem Cham obijt, cum post diluuium uixisset annis tercentis quinquaginta, tunc impleti sunt omnes dies eius /950/ annorum.

Ab istis tribus filijs Noe, qui disseminati sunt in tribus partibus orbis, texuuntur generationes /72/ Quindecim de Japhet, triginta de Cham, uiginti septem de Sem; Generationi autem Sem, tantum hic insistemus, nam de alijs duobus fuerunt gentiles.

Hoc tempore diuisum est genus humanū secundū honorium in terra; In liberos qui de Sem, in Milites qui de Japhet, et in seruos qui de Cham. Sem tenuit Asiam. Cham Affricam, et Japhet Europam. &c.

Cham.

Sem. centū erat annoꝝ: quādo genuit Arphaxat {biennio post diluuium}

Japhet.

Chus. — de filijs egressi sunt paralipom.

Mesraim — mesraim philistei p.^mo ~.

Chanaan

Nemrot — Gigas fuit decē cubitoꝝ. Conditor turris babel primus Rex fuit

Sydon · **Eth, uel etheus** · **Rebuseus.** · **Amorreus.** · **Gergeseus.** · **Eueus.**

Belus

Nynus — Idolorum inuentor

Semiramis.

Vxor Nini inuenit brattas, et usus earum.

Arphaxat.

Caynan uel Sale. Conditor Hierusalem

Heber — Ab isto dicti sunt hebręi, uel ab Abraham, quasi libri dei.

Assur.

Iste Assur fuit filius Sem, qui inuenit purpuram, et unguenta crinium, uel corporum, De quo Chaldea, et Syria dicta est. &c

Phalech uel Phaleg.

Ragau uel Reu

Sarug uel Seruch

Nachor

Thare — Cum uixisset annis in ducentis quinq; Aran mortuus est.

In Thare terminatur secunda ętas habens secundum hebręos annos mille ducentos, secundum uero /70/ interpretes annos mille septuaginta septem, Secundum Josephum, à diluuio usq; quo natus est Abraham, tercentos annos, et sexaginta duo effluxisse dicitur. Hęc ille &c

Hic incipit tertia ętas, eo quod uere alia incepit mutatio hic subintrauit. Quia in Abraham circumcisio. ~.

Thare

Abraham nonaginta nouem annorum erat, quando is annos impleuerat tempore circuncisionis suę, eadem die domus illius tam uernaculi quam empticij et alienigenę. Nini Regis Assiriorum, Abraham Patha natus est, primus repromissionis, qui ad octoginta septem autem genuit Ysaach. Post autem annos eius est Sarra mater Ysaach. Mortuus est annis 175. Anno etiam uixisset est Ninus, cuius uxor semyramis, ut post eum regnare posset, proprio filio quem susceperat ex Nino nupsit, et ex eo filium genuit, qui et Babilo: niam ampliauit. Exortum est autem Regnum Assiriorum. anno uicesimo quinto Saruch pronaui Abrahę sub Bello, et cuc: cur: rit usque ad annum septimum Ocia regis Iudę per annos 1302 per reges 37 usque ad Sarda: napalum, qui primus fulminaria adinuenit, postquam translatum est regnum ad Medos.

circumcidit carnem prepucij sui, et Ismael filius eius circuncisus est Abraham, et Ismael filius eius et omnis genitus circuncisi sunt. Quadragesimo tertio anno cuius septuagesimus annus quinto natiuitati esset annorum, genuit Ismael, Centenarius centesimo trigesimo septimo mortua autem et ipse Abraha natiuitatis Abraham, cum undecimo mortua Abraham, mortua Sarra.

Abra ham

annis 175.

Agar ancilla Sarę — concubina Abrahę

Zethura. — secunda uxor quam duxit

Madan — Mady: an.

Ysmahel — uixit annis 137 ~

Nabayoth. — Cedar

Aaran

Nachor

Nachor filius in uxorem sui, de qua est Hus, de Bus, à quo eliud Bu: maledi:

Thare cum exisset de Caldea duxit Melcham, scilicet filiam Aron fratris genuit tres filios primogenitus, dictus quo Iob descendit. Secundus dictus est Balaan descendit, qui in Iob dicitur Zites, qui à Balach conductus, ut cetur Ismaeli, benedixit, loquente prius nina. De ortu stellę et Saluatoris mundi pro: phetauit. Tertius filius Nachor uocatus est Ba: thuel, de quo descendit Laban, et Rebecca.

Melcha uxor Nachor — Loth — Sara uixit annis 127.

Hus — Bus — Bathuel.

Iob. — Balaam

Ab his duabus sororibus duo magni populi progeniti sunt patre eorum Loth eas carnaliter cognoscente sic dicti Moab et Amon.

Moab — Amon

Laban — Rebecca uxor Ysaach.

Ysaach cum laborante in partu Rebecca, et oraculum de Esau serwituro Iacob audiente apud Abimelech in geraris tum uxorem dixisset sororem de semine centuplum colligens tribus pueris, et foederatus et quarto facto in bersabee ibidem fedus inito cum Abimelech et phicol principe eius. Esau reprobato, Iacob ignarus benedixit. Qui Ysaach erat 40 annorum cum duxisset Rebecca in uxorem, que erat sterilis, et Ysaach pro ea Dominum que anno concepit et peperit geminos fratres

In Geneśi obitus Ysaach, 180 annorum.

Ysaach uixit annis 180.

desperatus est Ysaach Ysaach sexagesimo scilicet Esau et Iacob.

Lya — uxores Iacob ambę filię Laban. — Rachel

Zelpha — concubina Iacob ministra Lyę

Lya — uxor Iacob libera filia Laban.

Esau

Iacob uixit annis 147.

Prophetauit de Christo et uocatione gentium, de filijs etiam Iacob innume: rosa proles descendit sed de Leui et Iuda dicere sufficiat quia de eis descendit Christus.

Rachel — uxor Iacob libera filia Laban

Bala — Concubina Iacob, mi: nistra Rachel

Isti sunt principes domorum per familias suas.

scriba et phariseus

Ioseph

Gad — Aser — Ruben — Symeon — Leui uixit annis 137 — Ysachar — Zabulon — Dyna filia Iacob — Iudas — Manasses — Effraim — Beniamin — Dan — Neptalim.

Iudus regia

filij Ruben primogeniti Israel, enoch et efron et charmi

filij Simeonis amuel et Iachin soeret saul

et hec nomina filiorum Leui per cognationes suas

Ista Dina intrans ciuitatem sicimorum, per Sichen filium Emor principem terre illius, ut opprimitur causam Symeon et Leui fratres eius ui intrantes ciuitatem

filij merari masculi moali et musi

Emor, eius et sorore

Qui eos quam furore accensi occiderunt omnes ipso principe et Sichen filio tulerunt Dinam sua. Gen: 34.

Isti duo Manasses et Effraim fuerunt filij Ioseph quos peperit ei aseneth filia putifares sacerdotis heliopoleos quorum utrumque fecit tribum pro se remota tribu leui à sorte hereditatis Gen: 41.

de hac linea descendit Christus

Gerson. — Caath uixit annis 133 — Merari

Sue uxor Iude — filius — filius — Ona — Sela — Iude

fuerunt tres

Dathan — Abyron

filij Gerson labeni et semei per cognationes suas.

filij caath amram Isuar, ebron et ozihel.

Isuar

Her. — uxor — uxor

Amram uixit annis 137

Phares. — filius — Thamar. — filius — Zara

Judas genuit cum ea illos duos. ~. ~.

Nota Datan et Abyron paucis me: diantibus de Ruben primogenito Israel descendentibus ratione primogeniturę pro Moyse ducatum populi uolentes habere propter seditionem quam mouerunt suggestione chore, absorpti sunt uiui à terra ut numeri 16 et sequenti die iterum 14 hominum et 700 ceciderunt propter murmur contra Moysem, ut ibidem.

Christus

Linea Regalis.

Nota Amram et Isuar fuerunt filij Chath. De altero tantum dicere sufficiat, sed de Amram, quia de eo fuerunt Sacerdotes. Exodi. 6.

Amram uixit annis 137.

Ysuar.

Filij quoq; Isuar, Chore, et Napheg et Zechri filijquoq; ozihel Misahel et helisaphan et Seth ri.

Hur ut dicitur in historia scolastica fuit suffocatus, puto cum moyses esset in monte cum Domino, tunc frater eius Aaron tenuit populum, et permisit fieri principem.

Pontifices

Iudices.

Aaron uixit annis 123.

Maria soror Moysi.

Moyses

prefuit serto 40 autē 120

Isdraeli in de annis, obijt circa anno

Moyses erat 80 ann. Aaron octoginta triū, quando locuti sunt ad Pharaonē. Et Moyses rexit populū Dei quadraginta annos in heremo et obijt centū uiginti annorum.

Chore litigauit contra Aaron de Sacerdotio, eo quod ipse fuerat de primogenito scilicet Isuar, et idcirco cum ducentis quinquaginta uiris igne diuino perijt.

primogenitus.

Nadab

Abiu.

Eleazar

ythamar.

prefuit Isdraeli annis uiginti septem.

Iosue. uixit annis 110.

Chore

Esrom.

Filij quoq; Chore Aser et helcana et ab Iasab hee sunt cognationes Choritarum.

Accepit autem Amram uxorem Iochabeth patruelem suam, que fuit filia Leui, et nata est ei in Egypto, que peperit ei Aaron, et Moysen, et Mariam sororem earum, fueruntq; anni uite Amram centū triginta septem.

Aaron accepit uxorem Elisabe filiam Aminadab sororem Naasson, que peperit ei Nadab, Abiu, Eleazar, et Ithamar. Quod et uirga Aaron floruit patet: num: 17. Aaron etiam cum filijs suis electus fuit pro sacerdotio ut exodi 27. Petierunt autem Nadab et Abiu filij Aaron in deserto igne diuino peccatis eorum exigentibus, eo quod ignem alienū obtulissent coram Domino, obieruntq; absq; liberis. ut Leuit: 10, et num: 30. De Eleazar autem fuerunt Sacerdotes, qui per ordinē semper in prima linea ponuntur usq; ad Natiuitatē Christi descendendo. Ispe etiā Eleazar filius Aaron accepit uxorem de filiabus puthiphel que peperit ei finees. Hij sunt principes familiarum Leuiticarum per cognationes suas.

Maria soror Moysi et Aaron facta est leprosa cum locuta fuisset contra Moysen, propter uxorem eius Ethiopissam ut Num. 12. et separata est septē diebus à communi populo iussu Domini, et postea est sanata. Mortua est autem ipsa Maria in Cades. Dum, ut Iosephus dicit quadragesimum complesset annum, quo Egyptum dereliquit in initio inserxantici qui et Nysan secundum Lunā, et sepelierunt eam in monte Sin.

Iosue, qui et Iesus, successor Moysi, hic introduxit populum Isdrael in terram promissionis, et fertur quod tempore suo fabula minothauri, et Centhaurorum traducta sit.

Sequuntur nunc quadraginta due mansiones quibus Populus Isdrael exiens de Ægypto ante quam intrarent terram promissionis, quadraginta annos manserunt in deserto per istas mansiones, quibus Dominus pluit manna de celo per istos quadraginta annos: Fuit tamen populus Isdrael dure ceruicis et incredulus Domino, ac murmuriosus et inobediens Moysi famulo Dei, quapropter non meruerunt ingredi terram promissionis, et illi qui exierunt de Ægypto, quasi omnes per hos quadraginta annos in deserto mortui sunt, ut in libris Moysi, in Exodo, in Leuitico, in numeris & exceptis Iosue successore Moysi, et Caleph filio Iephone, solum illi duo intrauerunt terram promissionis cum reliquo populo qui nati sunt in istis, 40, annis in deserto, qui populus multus fuit nimis. Et Moyses, nec Aaron, nec Maria soror eorum intrauerunt terram promissionis, sed mortui sunt in deserto, licet Dominus ostendisset Moysi ante obitum suum terram promissionis, in uno monte, non tamen intrauit. Nec igitur sunt mansiones filiorum Isdrael qui egressi sunt de Ægypto per trimas suas in manu Moysi et Aaron, quas descripsit Moises iuxta castrorum loca, que Domini iussione mutabant. Profecti igitur de Ramese mense primo, quintadecima die mensis

primi, fecerunt altera die phase, filij Israel in manu excelsa, uidentibus cunctis Egyptijs et sepelientibus primogenitos, quos per-cusserat Dominus, nam, et in dijs eorum exercuerat ultionem. Castrametati sunt in Sochot. &c

Incipiuntur mansiones primi anni ab Egypto usq; ad montem Synai, que in numero fuerunt duodecim. 12.

Sequuntur Mansiones secundi anni que facte sunt secundo anno, uigesima die primi mensis a Synai monte, usq; ad Cades, que in numero sunt xxi. 21.

Per reliquos autem 38 annos errantes in deserto post et prostrati sunt quadragesimo autem anno redierunt ad eandem Cades.

Prima igitur mansio fuit in Ramesse, que sita est in finibus Egypti in qua populus Israel congregatus est 14 luna, et ibidem primum fecerunt pasca

2. Sochot, et de sochot uenerunt in.

3 Etham que est in extremis finibus solitudinis inde egressi, uenerunt contra.

4 Phiaheroth, qui respicit beelsephon, et castrametati sunt ante Magdalum, profectiq. de Phiaheroth transierunt per medium mare in solitudinem, et ambulantes tribus diebus per desertum Etham castrametati sunt in

5 Mara, profecti de Mara uenerunt in Helim

6 Helim ubi erant 12 fontes aquarum et 70 palme, ibiq; castrametati sunt sed et inde egressi,

fecerunt tentoria in

7 Tamcuph quod sonat mare rubrum, uel stirpum, iam enim mare suph rubrum licet stirpeum interpretatur, et potuit esse locus stirpeus. quia hebrei queamlibet aquarum congregationem uocauerunt mare, profecti ergo de mari rubro id Tamsuph castrametati sunt in deserto Sin.

8. Desertum Sin unde egressi uenerunt in

9 Depcha profectiq; de depcha castrametati sunt in

10 Alus, egressi de alus —

11 Raphidim fixere tentoria ubi aqua populo defecit ad bibendum, profectiq; de Raphidim castrametati sunt in

12 Desertum Synai sed et de solitudine Synai egressi, uenerunt ad sepulcra.

13 Sepulcra concupiscentie, profectiq; de sepulcris con: castrametati sunt in

14 Aseroth, et de Aseroth uenerunt in –

15 Rethma, profectiq; de rethma castrametati sunt in

16 Remmon Phares, unde egressi sunt in

17 Lebna, et de lebna, castrametati sunt in

18 Ressa, egressi de ressa uenerunt in

19 Ceelatha, unde profecti castrametati sunt in monte sepher.

20 Mons sepher egressi de monte sepher uenerunt in

21 Arada, inde proficiscebes castrametati sunt in

22 Maceloth, profectiq. de Maceloth, uenerunt in

23 Thaath, de thaath castrametati sunt in

24 Thare, unde egressi fixerunt tentoria in

25 Methcha, et de methcha castrametati sunt in

26 Esmona, profectiq. de esmona uenerunt in Meseroth, et de

27 Moseroth castrametati sunt in

28 Banciacam, egressiq; de banciacam uenerunt in montem.

29 Mons Gadgad, unde profecti, castrametati sunt in

30 Gethebatha, et de gethebatha uenerunt in

31 Ebrona, egressiq; de Ebrona castrametati sunt in

32 Aliongaber, inde profecti uenerunt in

33 Desertum Sin bet et Cades, egressiq; de Cades castrametati sunt in Monte Or. &c —

34 Mons Or, est in extremis finibus terre Edom, Ascenditq; Aaron sacerdos montem Or, iubente Domino, et ibi mortuus est anno eodem, egressionis filiorum Israel ex Egypto mense quinto prima die mensis, cum esset annorum 123. audiuitq; Cananeus Rex Arad, qui habitabat ad meridiem, in terra Canaam uenisse filios Israel, et profecti de monte Or, castrametati sunt in

35 Salmona unde egressi uenerunt in

36 Phinon, profectiq. de phinon castrametati sunt in

37 Oboth, et de Oboth uenerunt in

38 Ieabarim qui est in finibus Moabitarum, profectiq; de Ieabarim fixere tentoria in dibongad.

39 Dibongad unde egressi castrametati sunt in

40 Helmon de blathaim, egressi de helmon deblathaim uenerunt ad

41 Montes abarim contra Nabo, ad hos montes ascendit Moyses iubente Domino et Dominus ostendit ei ibi terram promissionis, et cum uidisset eam mortuus est ibi, cum 120 esset annorum: Sepulchrum autem eius nullus homo cognouit usq; in hodiernum diem

42. Campestria Moab profectiq; de Abarim montibus transierunt ad Campestria Moab, super Iordanem contra Iericho ibiq; castrametati sunt de Bethsimon usq; ad Belsathim in planioribus locis Moabitarum ubi locutus est Dominus ad Moysem.

Reliquas nouem mansiones transegerunt, et sic solum per tres annos, quadraginta duo mansiones peregerunt. &c

Hęc figura valet ad intelligendum quod dicitur in numeris, de dispositione tribuum, et Leuitarum, per quatuor climata, circa tabernaculum:



De Vrbibus Leuitarum, et Suburbanis.

Item locutus est Dominus ad Moysem, et distinxit terminos terrę, ab ortu, et occasu, meridie, et Aquilone, et nominauit Principes tribuum, qui transito Iordane cum Iosue et Eleazaro terram diuiderent, precepitq; Leuitas in omnibus dispersos habere quadraginta sex Ciuitates ad inhabitandum, et à muris forinsecus per circuitum terram mille passuum obtinere, in qua suburbana eorum essent ad pecora eorum alenda, ex quibus Ciuitatibus sex essent refugij tres ultra Iordanem, et tres citra. De quibus in Deuteronomio dicitur.

Legitur in p.mo libro Regum Quod Rex Saul misit . . . . ut quęrerent Dauid ad interficiendum, uxor autē Dauid nomine Micol dimisit ipsū per unā fenestrā, cum fune, et sic euasit quęrentes eum. Rex autē Saul, herodem significat quando Christū quęsiuit ad perdendū eum, quando Joseph eum cū maria in Egyptū duxit, et sic manus quęrentiū eum euasit.
Ecce Dnūs ingreditur Egiptū et mouebuntur simulacra. Isaias
Dauid. Ecce elongaui fugiens, et mansi in solitudine
N.° 5.
Fuga in Egyptum.
Liquit tecta patris Jacob formidine fratris
Reliqui domum meam, et dimisi habitationem meam. Hier: 12
Per Micol Dauid, Saul insidias sibi cauit
Osee. 5.° uadent ad quęrendum Dominum, et non inuenient eum.
Herodis diram, Christe puer euasit iram.


Legitur in Exodo, 31, et 35 cap.° Quod cum Moyses uenisset ad radicem montis Sinai ipse solus ascendit in montem ad recipiendum legem, quo facto, ipso descẽdente uidit uitulum . . . . . quod Aaron fecerat de auro, ipse Moyses tabulis proiectis uitulum destruxit, et fregit. Quod bene significabat corruentia Idola, Christo ingrediente in Egyptum.
Legitur in p.mo lib: Regum cap: 5.° quod Phylistij archam Dñi quam rapuerunt in bello, posuissent iuxta Dagon Deũ eorum, de mane intrantes templũ inuenerunt dagon iacentem in terra, et utrasq; manus precisas: Quę figura uere complet esse, quando B.V. cum Christo puero suo uenit in Egyptũ, tunc Idola Egypti corruerunt, et bene figurat hoc, quod cum Christus uenit in miserias, errores infidelium corruerũt.
Ipse confringet simulacrum eorũ depopulabitur. Oseę. x.°
Naum p.° De domo Dei tui interficiam omne simulacrum.
N.° 6.
Destructio. Idolorum.
Per Moysem sacrum, tribus uituli simulacrum.
In die illa dispergam nomina idolorum de terra. Zacc.as 13.
Archa repentine fit dagon causa ruinę.
Sophonias. 5.° Attenuabit Dñus omnes Deos de terra.
Idola pereunte Christo cecidere repente.

Legitur in p.mo lib: Regum cap: 29. Quod Rex Saul fecit occidere omnes sacerdotes Domini in nocte, quia Dauid fugientem receperant, et ei panem sanctum ad comedendum dederant: Saul figurat herodem, Dauid enim Christum; sacerdotes uero pueros: quos herodes innocenter fecit occidi propter Christum.

Legitur in tertio libro Regum cap: xi. Quod Amana Regina uidens filium suum mortuum fecit occidi omnes filios Regis ne regnarent pro patre suo, tunc autem soror Regis subtraxit filiũ suum uiuentem, qui postea factus est rex: Regina crudelis Herodem significat qui propter Christum pueros fecit occidi, Puer autem subtractus morti, significat Christum ab occisione regis herodis furtim subductum.

Vindica Domine sanguinem sanctorũ tuorũ: Dauid.

Leo rugiens, et ursus esuriens; princeps ipsius secundus populum pauperem.

N.o 7.

Occisio Innocentum ab herode.

Saul propter Dauid, Christos Domini uere strauit

Vox in Rhamma audita est ploratus et ullulatus. Hierz: 31.

Vno sublato cirrus est data Regia furto.

Osea. 14. Ipsi

Isti pro Christo, mundo tolluntur ab isto.

Legitur in 3° lib: Regum. cap: 2. Quod mortuo Rege Saul Dauid consuluit Dominum, qui respondit sibi, ut repeteret in terram Iuda. Dauid autē significat Christum, qui post mortem herodis redijt in terrā Iuda, sic enim Euangelista testatur dicens. Angelus Domini apparuit dicens tolle puerū, et matrem eius, et uade, defuncti sunt enim qui quærebant animā pueri.

Legitur in Genesi 31, et 33. Cap: Quod Iacob reuertens in terram suam de qua fugerat propter timorem Esau, fratris sui, præmisit oues et boues, camelos et asinos, et ipse sequebatur cum uxorib: et pueris. Iacob qui fugit frem suum, Christū significat qui herodē regē fugit, quem Esau significat quando uero herode mortuo Christus in terram Iuda reuertitur.

Vindica nos Domine in salutari tuo. Dauid.

Osee. Egipte noli flere, quia dominus doluit super te.

N° 8.

Reuersio Christi ex Egypto.

Ad patriam Dauid defuncto Saul remeauit.

Ex Egypto uocaui filium meum. Osee. xi.

Formidat fratrem Iacob ardet uisere patrem.

Zacharias 4mo Reuertar ad Hierusalem, in misericordijs.

Ad loca sancta Regit Iesus Egyptoq; recedit.

Legitur in Exodo 14 cap: Quod Farao cum persequeretur filios Isdrael cum corribus et equitibus introiuit mare rubrum post filios Isdrael, et Dominus reduxit aquas maris super eos; et ita liberauit populum suum de manu inimici persequentis, ita et nunc per aquas baptismi à Christo consecratas populum christianũ à uinculis originalis peccati liberauit.

Legitur in libro numeri cap: 13. Quod nuncij qui missi erant ad exploran: dũ terrã promissionis, cũ redirent botrum exportauerunt in uecte, et transito Jordane adduxerunt in testimoniũ amenitatis terrę illius, quod significat, si uolumus intrare regnũ cęlorũ. oportet nos primo transire per aquas baptismi. 5.

Haurietur aquis in gaudio de fontibus Isaias xij

Dauid. In Ecclesijs benedicite Deo Domino de fontibus Isdrael.

N.º 9.

Baptisma Christi.

Hostes merguntur per maris iter gradiuntur.

Effundam super uos aquam mundam. Ezechiel. xxxiij.

Flumen transitur, et patria mellis additur.

Zaccas. 13. In die illa erit fons patens domus Dauid.

Dum baptizatur, Christus baptisma sacratur.


Legitur in Genesi cap: 25. Quod Esau pro decoctione quam fecerat frater eius Jacob uendidit sibi primogenita. i. honorem qui debetur primogenito, et benedictionē paternā perdidit: Sic diabolus primos parentes propter gulam et superbiam decepit dicens quacūq; hora comederitis, eritis sicut dij scientes bonū et malū.
Legitur in Genesi cap: 3.º Quod Adam et Eua decepti fuerunt per serpentem, qui eos de gula tentebat, quia uos diabolus tāquā iusti inuentum seducit decipiendo. Quod bene significat tentationē quam diabolus Christo adhibuit, quando Christum tentauit dicens, si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant, quę tentatio gulā inferebat.
expectauerunt me, subsanauerunt me subsanatione. Dauid. 34
Tsaias 29. Peruersa cogitatio quasi lutum contra figulum.
N.º 10.
Tentatio in desertum.
Lentis ob ardorē proprium male perdit honorem.
Interfeci uniuersos inimicos tuos. Regum. 7.
Serpens uicit Adam, uetitam sibi sugeret escam.
Job. 16. Hostis meus terribilibus oculis intuitus est me.
Christum tentauit Sathanas ut eū superaret.

Legitur in 3.° libro Regum cap: 17 Quod Helias propheta tulit puerũ mortuũ, super montem orans et dicens, obsecro reuertatur animã pueri, et factum est ita, et reddidit puerũ matri suę uiuum, quod bene figurabat Lazari resuscitationem, quem Dnus à mortuis resuscitauit, et cum suis sororibus, S. maria Magdalene, et marta, restituit.

Legitur in 4 lib: Regum cap: 4. Quod Heliseus propheta uidit puerũ uiduę, qui eũ hospitare solebat defunctũ, et prostrauit se super puerũ, et calefacta est caro pueri, et renixit puer. Heliseus Christum significat, puer uero quem à mortuis resuscitauit, Lazarum reputant, quem uidentibus Iudeis ad uitam reuocauit.

Ego occidam, et uiuere faciam, percutiam, et eos sanabo. Daniel. 31.

Dauid. Domine liberasti animam meam ab inferis.

N:° ii.

Resurrectio Lazari.

Filius Viduę natus, per Heliam uiuificatus.

Putas ne mortuus homo rursum uiuat. Job: 14.

Per tua dona Deus uitam dedit huic Heliseus.

1.° Regũ. Dominus mortificat, et uiuificat.

Per te fit Christe rediuiuus Lazarus iste.

Legitur in Genesi cap: 18. quod Abrahã uidit tres pueros .5. angelos qui ad hos: piciũ suum uenerant, tres uidit, et unũ adorauit. Tres angeli significabant Trinitatem personarum, sed in hoc quia unũ adorauit, ipse dedit intelligi unitatem essentię ita Christus in sua transfiguratione se ostendit uerũ Deũ in essentia unũ et in per: sonis trinũ.

In Daniele legitur cap: 3º quod Nabuc: donosor Rex babilonis misit tres pue: ros in caminũ ignis, et cum ad caminũ accederet ut eos in igne prospiceret uidit cum eis, quartũ similem filio Dei, Tres pueri, personarũ Trinitatẽ dabant in: telligi, quartũ uni: tatẽ essentię.

Christus cum transfiguratione sua se ostẽdit uerum in essentia unum, in personis trinum.

Speciosus forma pręfilijs hominum. Dauid.

Isaias. 40. Hierusalem uenit lumen tuum et gloria Domini super te orta est.

N.º 12.

Transfiguratio Christi.

Tres contemplatur Abrahã solũ ueneratur

Orietur uobis timentibus nomen meũ sol iustitię. Malach.

Perauditur euisti gentili gloria Christi.

Abacuc. Splendor eius ut lux erit conuiua in manib. eius.

Ecce Dei natum cernunt tres glorificatum.

Legitur in 2do libro Regũ. cap: 12.
Quod Hathã propheta missus
fuerat ad Dauid ut eum
corriperet, ipse uero Rex
Dauid, penitentia duc:
tus, misericordiam
est à Deo conse:
cutus. Dauid
enim pęnitens Mariã Magdalenã
pęnitentẽ significat, quę meruit
omniũ peccatorũ suorum
ueniam.

Legitur in libro numeri 15. capº 3º
Quod Maria soror Moysi et aaron
propter suũ peccatũ, leprosa
facta fuit et à sua immun:
dicia per Moysẽ curata est.
Moyses. n. Christũ signi:
ficat, quando Mariã
Magdalenã ab omnibus immun:
ditijs suorũ peccatorũ mun:
dauit sic ipse. Remit:
tuntur tibi peccata tua.

Quotiescunq; homo ingemuerit omnium iniquitatum non recordabitur. Ezechiel. 18.

Dauid. Cor contritum, et humiliatum Deus non despiciet.

N:º 13.

Abstersio pedum à Magdalena.

Voce natã tactus
Rex prauos corrigit actus.

Conuertimini ad me, et conuertar ad uos. Zac. 1º

Hęc leprosa facta, pena
fit munda reacta.

Dauid. non est.

Hanc à peccatis absoluit fons bonitatis.

Legitur in 9.mo libro Regum cap.: 1> Quod cum David percussisset goliam precidit caput ejus et tulit illud in manu sua, cui venienti de prelio occurrerunt mulieres cum timpanis, et choris Jesu gaudentes recipierent, in Hierusalem cum magna gratia. David. n. Christu figurat quando pueri hebreor. receperunt in Hierusalem voce magna clamantes et dicentes, benedictus qui venit in nõe Domini.

Legitur in 4 lib.: Regum cap.: 2. Quod cũ Heliseus reuerteretur ad Ciuitatẽ occurrerunt ei pueri populi Hierusalem, ipsum cum magna gloria et honore recipientes et laudantes. Heliseus Christu figurat, qui venientẽ in Hierusalem pueri hebreorum cum magna gloria, et honore receperunt. n.

Filie Sion exultemus in rege suo. David.

Cantico. 3. Egredimini filie Sion, et videte Regẽ Salomonem. n.

No: 14.

Hostem quem Strauit, laudatur carmine David

Dicite filie Sion; Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Zac. 9.

Gloria nate Dei tibi conuenit hic Helisei.

Zac. 9. Ipse tanquã pauper ascendens super pullũ asine

Carmen Hebreorum te laudat Christe bonor.

15

Legitur in 1mo libro Esdrę scribę cap. 3. quod Rex Darius pręcepit Esdrę scribę ut iret in Hierusalem, et quod ipse templū mundaret. Rex enim Darius Christū significat, qui ementes et uendentes de templo expulsit, sic templum Domini mundauit, ab illicitis, dans per hęc intelligere quod templum Domini domus orationis, et non emptionis neq. uendictionis.

Legitur in 3o lib: Machabeorū cap: xo: quod Iudas Machabeus pręcepit iudeis, ut templū de illicitis mundarent, et sanctificarent, quia contra legem pollutū erat, iste Machabeus Christū significat, qui facto flagello de funiculis ementes, et uendentes in templo, de ipso expulsit, et excussit, dicens, nolite facere domū patris mei, domū negationis.

Eijciam omnes de domo mea. Oseę. xi.

Dauid. Zelus domus tuę comedit me.

N.o 15.

Templum mundari iubet hic et festa uocari.

Odio habuerunt in porta corripientem. Amos. v.

Eiectio uendentium, e templo.

Et tua sancta Deus mundare studet Machabeus.

Zaccas. ultº: Non erat ulterius mercator in domo mea.

Christus uendentes templo repellit ementes.

16

Legitur in Genesi. cap: 37. quod fratres Joseph miserunt ad patrem suũ Jacob nunciũ quendam dicentẽ, quod fera pessima deuorauit filiũ suũ Joseph hoc enim fecerunt dolose, conspirantes in mortẽ fratris sui. Joseph dolose uenditus à fratrib. suis Christũ figurat, qui à Juda dolose uenditus fuit in mortẽ sine culpa.

Legitur in 2. lib: Regũ cap: 15 Quod Absolon filius Dauid stetit ad introitum portę Ciuitatis Hierusalẽ, et populo ingrediente loquebatur, quod me constituerent iudicẽ, et inclinauit corda uirorũ, qui seũ conspirantes erant, contra patrẽ suũ Dauid, ipsũ in regẽ constituerunt, et post ea patrẽ persequens ipsũ occidere intendebat; Iste Absalon Judã proditorẽ significat, qui in mortẽ Christi cum Judeis conspirauit.

In Consilio eorũ non ueniet anima mea. Genesis. 49.

Dauid. Iniqui dum conuenirent consiliati sunt accipere animam.

N.º 16.

Conspiratio Judę contra Christum.

Turba malignatur fratrẽ puer nominatur.

Non est sapientia neq; prudentia. Prouerb: 21.

Nititur in facta patris plebs scelerata.

Hieremias. XI. Super me cogitauerunt concilia.

In mortẽ Christi conspirauerunt insimul isti.

Legitur in Genesi, 37 cap: Quod fratres Joseph eum hismaelitis uendiderunt, pro, 30, argenteis. Joseph iste iustus à fratribus suis uenditus innocen: ter. Christum innocentem à Iuda dolose uenditũ desi: gnat, qui Iudas ipsum xpum in diebus 30 ar: genteis uendidit, et hij, 30, denarij fuerunt pro quibz: Joseph uenditus fuit, quorum unus ualebat decem ulna: liũ denariorum.

Legitur in Genesi cap: 39. Quod cũ Hismaeliti qui emerunt Joseph in suam terram uenissent, et ipsũ Joseph secũ duxissent, uen: diderunt eum in Egypto, principi Militiæ Regis Egip: tiorũ, nomine Puthifari, puer iste Joseph Chris: tum uenditũ signi: ficat, qui ab im: pio Iuda uen debatur.

Fiant dies eius pauci, et episcopatum eius accipiat alter. David.

Salomon. Prou: 16. Qui attonitis occulis cogitat praua.

N.º 17.

Venditio Christi facta per Iudam.

Te significat Christẽ, iuuenis uenundatus iste.

Qui mercedes congregauit misit eas in saculũ pertusum. Aggeus. 1.º

Conuenit uere Christo quicquid puero fit in isto.

Zaccas. xi. Et apprendent in mercede triginta argentis.

Qui Christum uendis Iudas ad tartara tendis.

Legitur in Genesi 14 cap. quod cum Abraham de sede redijt et Agar etiã secum, magna peccata quã excussit de immunditijs suis, tunc Melchisedech sacerdos Dei summus obtulit ei panẽ et uinum, Melchisedech Christũ significat, qui panem et uinũ .i. corpus et sanguinẽ suũ in cena suis discipulis ad edendũ et bibendũ porrigebat.

Legitur in Exodo cap. 16 quod Dnũs precepit Moysi, ut diceret populo quod quilibet tolleret de manna celesti quod cum sufficeret sibi pro die, Manna autẽ celeste quod Dnũs Isdrae liticis dedit significat panẽ sanctũ .s. sui Sanctiss.i corporis quod ipse in cęna dedit suis discipulis cum dicebat accipite ex hoc omnes.

Panem Angelorũ manducauit homo. Dauid. Prouerb: 9. Venite, comedite panem meum.

N.º 18.

Cęna Domini.

Sacrum notant Christi quę Melchisedech dedit.

Audite audientes me et comedite bonũ. Zaccas

Se tenet in manibus se cibat ipse cibus.

Sapientię 16. Panem de cęlo prestitisti illis.

Rex sedet in Cena turba cuntus duodena.

Legitur in 3º lib: Regum cap: 25. Quod Rex samariæ et Rex Iosaphat parati ad bellum consuluerunt prophetas circiter quadringentos, et spiritus mendax est inuentus in ore omniũ prophetiarũ illorum, s. placida. Et Micheas uerus propheta Dñi prophetauit, Regem in bello mansurum, sicut sibi contingit, præcepit ergo rex sibi dari panẽ tribulationis, et Iste Micheas Christũ significat, cui propter ueritatẽ est datus panis tribulationis s. passio usq; ad mortem.

Legitur in 4 lib: Regũ cap: 6 quod in Samaria erat tanta fames quod mulier coxit filiũ suũ et comedit. uoluit ergo Rex occidere,



Legitur Mathei. cap. 25. quod fatuis uirginibus oleum non habentibus, cum lampadibus, clausa est ianua .s. porta eternę salutis. Istę uirgines Iudeos figurat quod cum in horto accederent, à Domino interrogati super montem oliuarum, quem quęritis. i. . . . . et duritiã cordis ceciderunt, etiam ideo . . . . sunt in inferno non credentes.
Legitur in Apocalipsi cap: 12 et in Isaia cap: 14 quod lucifer cecidit per superbiam de cęlo, cum omnibus eius adherentibus. Isti superbi diaboli iudeos figurant, qui timuerunt perdere locum, et terrã eorũ, et ideo hucusq; primũ Iesũ interfecerunt et crucifixerunt, et ipsi ceciderunt in foueam quam ipsi fecerant .s. in infernum uiuentes, sicut scriptum est in psalmo . . . .
Euicta est dies
Isaias vii. Desiderauimus eum despectum, et nouissimum uirorum . . .
N.º 20.
Captio Christi in Horto.
Virginibus fatuis aufertur spes data gnaris.
Asportauerunt uasa sua uacua. Hier. 14.
Serpens antiquus cecidit de sede repulsus.
Baruc. 6. Si ceciderint in terrã à semetipsis non resurgant
Sunt sic prostrati Christum captare pati.

Legitur in 2.do lib: Regum, cap: 3.o quod Ioab princeps militię regis Dauid uenit ad Abner, ut loqueretur sibi in dolo, quia cum dolose et blande alloqueretur, transfixit eum gladio. Ioab qui dolose alloquebatur abner, significat iudam qui Christum dolose osculatus est, et dedit impijs Iudeis ad Crucifigendū.

Legitur in 1.mo libro Machabeorum, cap: 12 quod Triphon uenit ad uicos de Iuda et Israel ut eis loqueretur in dolo, et eos cauet; triphon iste Iudam traditorem significat quando dolose ad Christū ueniens, ipsū calumniose osculans, et eum sic impijs iudeis tradidit, ad interficiendum.

Homo pacis meę in quo speraui. Dauid.

Salomon Prouerb: 17. Qui utitur lingua incidit in malum.

N.o 21.

Osculum Iudę.

Alloquitur blande Ioab hunc perimitq; nefande.

in malum retributio manuum fiet ei. Isaias. 3.

Verba gerens blanda dat manus Triphon nefanda:

Hieras. xi. In ore suo pacem cum animo suo.

Per pacem Christe trahit ijs tee proditor iste.

Legitur in 3º lib: Regum cap: 19. Quod Jezabel Regina cum occiderit prophetas Domini tandem Heliam prophetã occidere desiderabat, hęc impia Regina impios uiros significat, quando uerum Heliã id est Christũ crudeliter et cum odio occidere intendebant, quia unus eorum malicia prędicandi manifestabat.

Legitur in Daniele cap: 14 Quod populus babilonicus impius uenit ad Regẽ Nabucdonosor, et dixerunt Scire uobis Danielem innocentẽ. populus iste Judeus significat qui ad Pilatũ impetuose, ac impropriis uocibus clamabant crucifige eum, si hunc dimittis non es amicus Cęsaris. Rex autẽ iste Pilatũ significat qui Judeos timens Christum innocentẽ eis tradidit &c.

Vę qui dicunt malũ bonũ, et bonũ malũ. Isaias. 5.

Proverb. 18. Suscipere personam impij in iudicio non est bonum.

N.º 22.

Lotio manuum pilati.

Regina tunc istũ, damnat sic impia Christum.

Gens hęc crudelis, facit in mortem danielis.

Amos. V. Qui conuertitis in absinthium iudicium et iustitiam.

Est facta plebs causa, damnare Christum sine causa.

Legitur in Genesi cap: 9. Quod Noe cum dormisset in tabernaculo suo iacuit in terra nudatus, quod cum uidisset filius eius Cham derisit eum, sed alij filij eius uidere noluerunt et eorum oculos obtexerunt. Noe Christum figurat quando Judei deridentes ipsum coronauerunt et denudauerunt, et sic infideles filij ipsum tanquam stultum subsannauerunt.

Legitur in 4.° lib: Regum cap: 2.do Quod cum Heliseus Propheta ascendisset in montem Bethel occurrerunt ei pueri in clamando, et subsannando eum derisserunt, et dixerunt ascende calue, ascende calue. Heliseus significat Christum quando pueri. i. Judei in coronatione passionem derisserunt.

Omnes uidentes me deriserunt me. Dauid.

Proverb: xix. Parasti derisoribus iudicia, et mallei percutientium.

N.° 23.

Coronatio Christi.

Nuda uerenda uidit, patris dum Cham male videt.

Factus sum in derisum omni populo meo. Proverb: 3.

Percutit ira Dei, Derisores Helysei.

Isaias 5.° Blasphemauerunt sanctum Israel. 2.

Pro nobis Christe, probrum pateris pie iste.

Legitur in Genesi cap: 22 quod cum Abrahã et Isaach pergerent, simul Abrahã portuit gladium et ignẽ, Isaach vero ligatz: portabat per quem ipse imolari debuit. Iste Isaach qui lignũ portavit Christum fi: gurat qui lignum Crucis in quo pro nobis imo= lari voluit in suo proprio corpore portavit.

Legitur in 3º lib: Regũ cap: 17 quod Helias clamabat ad mulierẽ, quæ ibat ad campum, ut ligna colli: geret et sibi pulmentum face: ret, quæ respondens ait, en duo ligna colligo, ut inde mihi faciã et filio meo pulmentũ. Duo ligna quæ hæc mulier colligebat, lignũ crucis significabant, quæ ligna Christus in suo corpore portare colligebat.



Ligna ferrens Christe, te prefigurat puer iste.

Mistica sunt signa circa hæc uidus duo ligna.

Fert Crucis hoc lignum, Christus reputans sibi dignũ.

Legitur in Genesi cap. 15. Cum Abraham gladium extendisset, ut filium imolaret, Angelus Domini ipsum de celo prohibuit, dicens, ne extendas manum tuam super puerum, Abrahã patrẽ celestem significat, qui filiũ suum. s. Christum pro nobis omnibus in cruce imolauit, ut per hoc demonstraret signum amoris paterni.

Legitur in libro numeri, cap: 31. Quod cum Dnũs uellet populũ, quẽ serpentes momorderant, de serpentibus liberare, precepit Moysi, ut faceret serpentem enneũ, et eum in ligno suspenderet, ut quicunq. illũ inuiseret, de serpentibus liberaretur. Serpens suspensus intuitusq. à populo. Christum in Cruce figurat, quem intueri debent omnes fideles, qui à serpente i. diabolo uolunt liberari.

Foderunt manus meas et pedes meos. Dauid.

Isaias 53. Oblatus est quia ipse uoluit, peccata nostra ipse portauit.

N:° 25.

INRI

Crucifixio.

Significantem Christũ, puerũ pater imolat istum.

Lesi curantur, serpentem dũ speculantur.

Abacuch. 3. Cornua in manibus eius absconditũ est eius.

Eruit à tristi baratro nos passio Christi.

Legitur in Genesi cap: 2do, cũ Adam obdormisset, Dominus costã de latere eius tulit, et formauit de ea mulierem: Adam dormiens xpũm iam in cruce mortuũ figurat, de cuius latere pro nobis fluxerunt sacramenta, cum miles lancea sua latus Christi aperuit.

Legitur in Exodo cap: 17 quod cum Moyses populũ per desertũ transduxisset, defficiente illis acquam, per aquę penuria Moises cum uirga quam in manu tenebat scilicẽ percutiebat, et exierunt aquę largissimę de abisso. Multa silex siue lapis Christũ significat qui nobis aquas salutares .s. sacramenta de suo latere effudit cũ illud lancea militis in cruce aperiri permisit.

Super dolorem uulnerum meorũ addiderũt. Dauid.

Zacc.as 13. Quid sunt plagę istę in medio manuum tuarum?

N.o 26.



Aperitio latus Christi à Longino.

Fęmina prima uiri de costa cępit oriri

O uos omnes qui transitis per uiam, attendite et uidete. Hier. 1.

Est sacramentũ Christi dans petrã fluentem.

Amos. 8. In die illa occidetur sol, et radios suos abscondet.

De Christo munda, cum sanguine profluit unda.

Legitur in Genesi cap: 33. Quod cum fratres Joseph uellent eum Hismaelitis uendere ipsum tunica sua spoliauerunt et eum in cisternã ueterẽ miserunt. Joseph iste Christũ significat qui missus fuit in cisternã hoc est in sepulchrũ cum eũ amici de cruce posuerũt.

Legitur in libro Jonę cap: 2 quod cũ ipse Jonas ascenderet nauim ut iret in Ciuitatẽ quandã, facta est tempestas magna in mari, et cum misissent sortẽ interse, qui erant in naui, sors cecidit super Jonã, quando isti aprehendentes miserũt in mari, et piscis magnus statim eũ deglutiuit, in cuius uentre fuit tribus diebꝫ: et tribus noctibus. Jonas Christũ figurat, qui fuit in uentre terre, tribꝫ diebus et tribꝫ noctibus.

Excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens . . . . . Dauid.

Canticorꝫ. V. Ego dormio, et cor meum uigilat.

N°: 27.

Sepultura corpus Christi.

Hanc in Cisternã, detruditur iste ueternã.

Et erit sepulchrum eius gloriosum, Isaias xi.

Jonas glutitur, tamen illesus reperitur.

Genesis 18. Requiens cubabit sicut leo: ~.

Mirra conditur. et ab hijs Christus sepellitur.

Legitur in 1.mo libro Regum, 25 cap: quod David cum goliam gigante deiecisset, in suo proprio gladio ipsũ interfecit, et caput eius amputauit. Sic Christus quando à mortuis resurrexit hoies de inferno liberauit, et à diabolica potestate, exemit, et ipsum diabolum in sua potentia debilitauit.

Legitur in libro Judicũ cap: 14 quod de Sampsone: quod cum leo in eum irruisset, ipse Leonẽ aprehendit et interfecit. Sanson Christũ figurat, qui Leonẽ idest diabolum occidit quando de eius potestate hoies liberauit.

Contriuit portas ereas, et uectes ferreos confregit. David.

Osee 13. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne.

N.° 28.

Descensio ad inferos.

Significans te Christe golia cõterrit iste.

Cum sanguine testamenti tui emisisti uinctos. Zacc. 9.

Vt uis Sansonis; destruxit ora Leonis.

Genesis 49. Ad prædam fili mi ascendisti.

Fit Christi morte, bavatri destructio sorte.

Legitur in libro Iudicum cap: 16 de Sansone quod ipse media nocte surrexit, portasq; Ciuitatis ęneas, illas sua fortitudine deiecit, et extra Ciuitatem secum detulit. Sanson Christũ figurat, qui media nocte de sepulchro surgens portas sepulchri deiecit, et libere atq; potenter inde exiuit.

Legitur in libro Ionę Prophetę cap: 2do. quòd cum ipse Ionas fuisset in uentre cetę tribus diebus, et tribus noctib. postea piscis eum expuit super terram aridam. Ionas qui post tres dies de pisce exiuit figurat Christũ qui post tres dies de sepulchro exiuit uel resurrexit.

Excitatus est tanquã deus dormiens Dominus. — Dauid.

Genesis 19. Catulus Leonis iuda filius meus.

N.º 29.

Ressurrectio.

Obsessus torbis, sanson ualuas tulit urbis.

In die tertia suscitabit uos sciens, et sequemur eũ. Oseę vi.

De tumulo Christe surgens te denotat iste.

Sophª. 3. In die resurrectionis meę congregabo gentes

Quem saxum texit ingens tumulũ Iesus exit.

Legitur in Genesi cap: 34. Quod. Ruben. uenit et quæsiuit fratrem suum Joseph in cisterna, quæ cũ inuenisset turbatus erat nimis ad fratres suos ait, puer uero . . . . . Hic Ruben,

Maria Magdalena figurat quę cũ dolore, et deuotione xpm̃ quæsiuit in sepul: chro, cum autẽ responsum ab Angelo

recepisset quod à mortuis resurrexisset ipsa post modũ eũ uidere meruit.

Legitur in libro Salomonis Canticoꝝ. cap: 3º de ipsa sponsa, quę quæ: rendo suum dilectũ, ait quæsiui quem diligit anima mea, et non inueni illum, Hęc sponsa figuram gerit

Mariæ Magdalenę quę suum dilectum quæsiuit in tu: mulo, et postea in horto inuenit eũ.

Quærite Dominum unde inueniri possit, nomi: nate eum dum prope est. Isaias. 55.

David. Lętetur cor, quærentiũ dominum.

N.º 30.

Reuolutio lapidis à monumento.

Ruben sublatum fuerum timet esse necatum,

Ego autem aspiciam ad dominũ et exspectabo eum. Micheas 7.º

Hęc pia uota gerit, dum sponsũ sedula quærit.

Genesis 49. Salutare tuum exspectabo Domine.

Quod uivas Christe, certum docet Angelus iste.

Legitur in Daniele 14 Cap: Quod cum Daniel Profeta missus fuisset in lacum leonum, ut leones eum occiderent, mane facto Rex uenit ad lacum leonum, et ad Danielem, ut uideret si adhuc uiueret, qui cum uideret eum uiuere gauisus est ualde: Rex enim iste Mariam Magdalenã significat, quę Maria uenit ad monumentum, postea Dñum suum uidit, et quia à mortuis resurrexit gauisa est ualde.

Legitur in Cantico canticorum cap: 3.° Quod sponsa cum suum dilectum inuenisset, dixit, inueni quem diligit anima mea, tenebo eum, et non dimittã eum. Sponsa hęc Mariam Magdalenã Significat, quę suum sponsũ i. xpũm uidens ipsum tenere uoluit, qui sic taliter respondit, noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum.

Non derelinquis quęrentes te Domine. Dauid.

p.mo Regũ 2.do Exultauit cor meum in Domino.

N.° 31.

Teneam eum nec dimittam. Cantic. 3.° 2.° 5.

Apparitio Christi Magdalenę.

Rex Iocundatur hunc ut uiuum speculatur.

Gaudens gaudebo in Domino, et exulta in Deo. Isaias 60.

Sponso quęsito fruitur iam sponsa cupita.

Osea. 2.do Adducam eam in solitudinem, et ibi loquar ad coreum.

Te monstrans piam: solam pro Christo Mariam.

Legitur in Genesi cap: 65. Quod Joseph ui:
disset fratres suos errore concussos, et mul:
titudinem timentes, ignorantesq; quod
Joseph esset, dixit eis ego sum frater
uester, Joseph, nolite timere, et
sic consolatus est eos. Joseph
xpum significat, qui
post resurrectionē suā
discipulis simul exis:
tentibus appa:
ruit, et eos alloquendo consolatus
est, dicens nolite timere,
ego sum. ~.~.

Legitur in Euangelio Lucę cap: 15. Quod
filius cuiusdam ad patrem suum dixit, ut
sibi partem hereditatis suę daret, et cum
sibi tradidisset abijt, in regionem lon:
ginquam, et totam ipsam male con:
sumpsit. Quo facto ad patrem suū
redijt, et eum benigne recepit
et consolabatur. Iste enim
pius pater significat illū
patrem celestē, sed ad
suos discipulos ueniens, eos de sua morte
consolatus est, et suam resurrectio:
nem manifestauit. ~.~.~.

Adimplebis me letitia cum uultu tuo. Dauid.

Sapientię p.° Et apparuit hijs qui fidem habuerūt in illum.

N.° 32.

Apparitio Christi Discipulis.

Quos uexit pridem,
blanditur fratribus idem.

Attendite ad petram unde
excussi estis. Isaias. 50.

Flens amplexatur, natum
pater atrecteatur.

Ezechiel. 34. Ecce ego ipse requi:
sam oues meas, et uisitabo eas.

Hijs Jesus apparet, surgentis gloria claret.

Legitur in libro Iudicum cap: 6. quod angelus Dñi uenit ad Gedeonẽ dicens ad eum, dominus tecum uirorũ fortiss: quia tu ipse populum liberabis, et sic factum est; Gedeon enim Thomã significat, ad quem uenit Angelus magni Consilij .s. xp̃us et eum confortans in fide, dixit mitte manum tuam in latus meũ, et cognosce loca clauorum, et noli esse incredulus sed fidelis. ~.

Legitur in Generi cap: 32. quod cum angelus Domini uenisset ad Iacob, cum eo luctabatur, nec eum dimisit nisi eum benedixisset Iacob iste Thomam Apostolũ designat qui Angelum .i. xp̃um tangens benedictionem hoc est certificationẽ de Christi resurrectione meruit obtinere.

Videns uide eum, et dimisi eum, et reduxi eum. ~.~.~. Isaias .57.

Hieremias .31. Concite me, et reuertar quia tu Dominus Deus meus. ~.

N.º 33.

Apparitio Christi. Thomę. ~.

Angelus hortatur, ne quid Gedeon uereatur.

Letifica Domine animam serui tui. Dauid.

est dictus luctans Iacob benedictus.

Sophonias .3. Attamen timebis me suscipiens disciplinã.

Te patris Christe, palpari se dat ut iste.

Legitur in Genesi cap: 5. Quod Enoch Deo placuit, et translatus est in paradisum. Enoch enim, Christum significat qui summo patri placuit, ideo in paradisū cęlestem .i. in cęlum ascendere meruit eum enim in die ascensionis, super omnes choros Angelorū exaltauit.

Legitur in 4. lib: Regū cap: 2. Quod cū Helias propheta in curru igneo tolleretur in cęlum, Heliseus clamabat dicens pater mi, pater mi . . . Isdrael et auriga eius. Helyas Christum significat quem uidentes Apostoli, quos Heliseus significabat, in cęlum ascendē-tē admirati sunt, cum Christus eis dixit ascendo ad patrē meū.

Ascendit deus in iubilatione, et Dnūs y Dauid. in uoce tubę. ~.~.~.~.~.~.

Isaias 63. Quis est iste, qui uenit de Edom, tinctis uestibus &c. ~.~.~.~.

N.° 34.

Ascensio Domini.

Enoch translatus cęlestibus est sociatus

Sicut aquila prouocans pullos suos ad uolandum. Baruc. 30.

Celitus effectus Elia per aera uectus.

Micheas 2. Ascendit iter pandens ante eos. ~.~.

Sanctus Sanctorū Christus petit astra polorum.

Legitur in Exodo cap: 35. Quod Dnus dixit ad Moysen, ascende ad me in montem et dabo tibi duas tabulas testimonij, sic enim Moysi lex fuit data, et in tabulis lapideis inscripta sic in die Pentecostes fuit lex noua in cordibus fidelium inscripta, quando ignis super credentes in unu congregatos apparuit.

Legitur in 3.º libro regu cap. 18 Quod Helias Propheta cum imposuisset holocaustum .s. bouem unu super lignis, et costante populo inuocauit Dominu, et ignis ueniens de celo consumpsit omnia, et tunc credidit populus in Dno.
Iste ignis celitus significat istu igne diuinu, qui in die Pentecostes uenit super discipulos, et purgauit eos, et omnia uitia peccatorum consumpsit.

Emitte spiritum tuum et creabuntur. Dauid.

Sapientię .i. Spiritus Dni repleuit orbem terrarum.

N.º 35.

Pentecostes.

Est lex diuina Moysi data uictice Sina

Spiritum meum ponam in medio uestri. Ezechias. 33.

Celica flamma uenit et plebs pectora lenit.

Ioel .s. Super seruos meos animas meas effundam.

Pectora uerorum replet almum perennia unorz.

Legitur in 3º libro Regum cap: 2. Quod cũ Bersabee mater salomonis fuisset ingressa ad eum in palatium suum, ipse Rex salomon iussit poni matri suæ Thronũ, iuxta thronũ suum. Bersabee Virginẽ gloriosam significat cuius thronus positus est iuxta thronum ueri salomonis .s. Jesu Christi.

Legitur in libro Hester cap: 2. quòd cum Regina Hester uenisset ad Regem Assuerũ in suum palatium, ipse Rex Assuerus honorando eam, iuxta se posuit eã. Hester Regina, Virginem Mariam significat, quã Assuerus. i. Christus in die assumptionis suæ, in gloria cælesti, iuxta se collocauit.

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. — David.

Cantic: 8º. Quæ est ista quæ ascendit per desertũ

N.º 36.

Assumptio Virginis Mariæ.

Ingressam matrem Salomon collocat istam.

Gloria Libani data est ei, decor Carmeli et ..... Isaiæ 35

Hester ut ingreditur, et Assuerum ueneratur.

Sapientiæ 4. O quam pulchra est generatio cum caritate.

Assumendo fiam, uenerare Christe Mariam.

Legitur in 3º lib. Regum cap: 3. quod venerunt due mulieres venientes corã Salomonẽ, et contendebant de filijs suis corã iudice, de filio oppresso et uiuo, qui cũ non posset aliter iudicare, dixit afferte mihi gladiũ, et diuidite infantem uiuũ, et tribulata sunt uiscera matris infantis uiui, et dixit date ei infantẽ uiuũ, et cessauit iudicare. Per salomonẽ sapientm: xpus intellig: qui iudicabit iustos et iniustos ... uerũ iudiciũ.

Legitur in 2do libro Regũ cap. 1º quod Rex Dauid post mortẽ Saul remansit in Hierusalem, et ueniens unus à terra amalachitarũ iactabat se, quod interfecisset Christũ Domini .s. saul Regem, et data est sententia mortis à Dauid quia os eius locutus fuisset aduersus eum, dixit ad armigerũ suũ, irrue in eum et interfice eum. Dauid Xpum Significat qui ut amalechit. Dauid iudicaturus est omnes gentes in equitate unicuiq. remunerabit iuxta delita ...



Iudico damnandos reprobos simul atq; refandos.

Legitur in libro Deutoron: cap: xi, quod Dathan et Abyron intrantes in medio Israel propter quod mandata Dei non seruauerint absorpti sunt à terra cum domibus et taberna: culis suis. Per Dathan, salua: tor significat, us non cu: rantes de lege Catholica nec Decalogi, et iun: guntur in infernū qui est locus peccatorū silentij dolo, et igne qui deuoratur eos atq; cum diabolo punientur. ~. ~.

Legitur in genesi .19. cap: Quod propter peccata sodomorū et gomorreorū im: misit ignem Dnūs de cęlo super ci: uitates has, atq; subuersę sunt . ~ Per sodomā et gomorrā intelli: guntur peccatores terrę uiuē: tes secundū desideria cor: porū eorū, et cum mane exortū fuit, tunc appa: rebunt omnes peccatores terrę atq; ad infernum destinabuntur uiui, et damnabuntur. ~. ~.

Similiter pęna seruus cum Domino punientur. Sap: 18.

David. Flex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terrę.

N°: 38.

Hi terrę dantur, quia Christo non famulantur.

ex eis uocem.

Ob crimen uitę, tra: duntur sic sodomitę.

Iob 13. Saturati sunt pęnis meis. ~. ~.

Sic affliguntur pęnis qui prauа sequuntur.

Legitur in libro Iob cap: p.º Quod filij sui habebant conuiuia per domos suas, unusquisq. in domo sua, et mittentes pro sororibus suis, ut secum comederent, et biberent, filij Iob sunt Sancti, qui quotidiana faciunt conuiuia mittentes pro saluandis, ut ueniant ad gaudiũ ęternũ, et ęternaliter Deo fruantur. Amen.

Legitur in Genesi cap: 27. quod cũ Iacob uidisset occasũ solis, inuenit lapidem quod supposuit capiti suo, in somnis uidit scallã erectam à terra usq. in cęlũ, et angelos descendentes, et Dominum in nixum scalę dicentẽ sibi. terrã in qua dormis, tibi dabo semini tuo in seculũ. Per Iacob subaudi animam fidelem, quę cũ obdormierit in lapide. i. Xpo obtinebit terrã lactę et melle manantẽ. i. regnũ cęlorum.

Gaudete iusti in Domino, et gloriamini omnes recti corde. ~. ~. ~. ~. Dauid.

Thobias. 2. Et flere cęperunt pręgaudio.

N.º 39.

Iustorum animę in sinu Dei.

Iob nati gaudent, quia sic feliciter audent

Omnem in locum quem calcauerit uestigium tuum. Iosię lib: V.

Angelus est uisus Iacob in hoc ualde gauisus.

Isaias ult.º Letamini cum hierusalem, et exultate in ea omnes qui diligitis eam. ~. ~.

O pater in cęlis me tecum pascere uelis.

Legitur in cantico canticorum cap: 4º. Quod sponsus alloquitur sponsam, sic eam sumendo dixit. Tota pulchra es amica mea, et macula non est in te, ueni amica mea, ueni coronaberis. Sponsus uerus iste est Iesus Christus qui assumendo eã sponsã quę est anima sine macula omnis peccati, et introducit eam in requiem ęternã, et coronat eam cũ corona imortalitatis.

Legitur in Apocalipsi cap: 21. Quod Angelus Dei aprehendit Ioannẽ Euangelistã, cum esset in spiritu, et uolens sibi ostendere arcana Dei dixit ad eum, ueni, ostendam tibi sponsã uxorẽ agni filij eius, loquitur ad omnes in generali, ut ueniant ad auscultandum in spiritu agnũ innocentẽ Christũ, animã innocentẽ coronantẽ.

Tanquã sponsus Dnũs procedens de thalamo suo. Dauid.

Isaias. 6. Tanquam sponsus decorauit me corona. ~.~.

N.º 40.

Corona aurea coronatur iustus.

Laus animę uerę, sponsũ bene lentifiere.

Corona tua circumligata sic

Sponsus amat sponsam Christe nimis et speciosam

Oseas. 2. Sponsabo te mihi in sempiternum. ~.~.

Tunc gaudent animę, sibi quando bonũ datur omne. ~

Sibilla Cumana.

Pretium facient et insidiabuntur ei.

Sibilla Hellespontica

Nascetur ex uirgine Deus.

Sibilla Europea.

Cruci damnabit innocentē

Sibilla Cumea.

In stabulo cunas habebit, Rex.

Sibilla Delphica.

Sibilla Libica.

Sibilla Phrigia

Sibilla Tiburtina.

Sibilla. Persica.
lucescet serpēs
quē calcabitur

Sibilla. Aegitia
Ab inferis Reg:
ressus in lucem
ueniet.

Sibilla Eritrea
Audietur e fini:
bus orbis et ad:
orabitur

Sibilla. Samia.
occidentur paru:
uli et fugiet.